URBANUS PAPA VIII.

Ad Perpetuam rei memoriam Pastoralis officii nobis divinitus commissi solicitudo
iugiter nos admonet ut omni cura et vigilantia ad ea semper intendamus per quae Re-
gularium personarum quae relicto seculo divini numinis obsequiis sese mancipavit,
quieti, Felici quoque statui ac regularis disciplinae conservationi consulitur, ut ipsae personae
iuxta regularia suorum ordinum instituta tranquillis mentibus gratum Altissimo impen-
dere possint famulatum. Cum itaque sicut accepimus in Reinis Hispaniarum diversa privi-
legia, prerogativae, immunitiones, atque exemptiones diversorum ordinum Religiosis, tam
ab ipsorum superioribus, quam Sede Apostolica, illiusque in dictis Regnis Nuntiis, pro tempo-
re existentibus, Concessa reperiantur, per quae iidem religiosi ab eorum prelatorum obedientia
eximuntur, ex Monasteriis et regularibus Domibus ad eorum libitum ac cum sociis sibi bene
visis, et iam destinatis, etiam superiorum suorum non petita licentia egrediuntur absque
eo quod iidem superiores tam huiusmodi egressum quam secularium personarum quibusvis
horis ab illorum cellas accessum et atque ingressum impedire possint, praeterea de uno ad
aliud Monasterium seu Regularem Domum etiam ipsis superioribus invitis transeunt, nec
choro et aliis spiritualibus exercitiis, minus que refectorio cum aliis intersint: ex hoc autem gravis-
sima inconvenientia, et scandala in non modicum regularis observantiae et disciplinae detrimentum
exoriantur. Nos premissis quantum cum Domino possumus obviare volentes motu proprio,
ex certa scientia ac matura deliberatione nostris omnia et singula, ac quaecumque huiusmodi
privillegia, prerogativas, immunitates et exemptiones quorumcumque ordinum, Congregatio-
num, et institutorum, religiosis, tam per Sedem Apostolicam illiusque in iisdem regnis
Nuntios, quam illorum superiores ex quacumque causa, ac sub quibuscumque verbo-
rum formis et expressionibus quomodolibet concessa Apostolica authoritate tenore pre-
sentium perpetuo revocamus, cassamus, et abrogamus, ac revocata, cassata, et abrogata viri-
bus et effectu vacua esse et fore, nec illa cuiquam suffragari, nec de cetero a Sede nostra Sedis
Apostolicae licentia concedi posse, sicque et non aliter per quoscumque iudices ordinarios et
delegatos, etiam causarum palatii Apostolici auditores ubique iudicari et diffiniri debere,
ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis authoritate
contigerit attentari decernimus et declaramus. Non obstantibus
ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit
rum huiusmodi, et quibusvis aliis etiam iuramento
ius firmitate alia roboratis institutis, et consue
litteris Apostolicis eisdem religiosis sub quibus
ius etiam derogatoriarum derogatoriis aliis

nec non constitutionibus et aliis decretis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis et
quibus omnibus et singulis etiam si de illis specialis specifica expressa, et individua mentio habenda
forum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter et
derogamus ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod presentium transumptis etiam
manu alicuius notarii publici subscriptis: et sigillo alicuius persone in dignitate ecclesiastica consti
tis eadem prorsus fides adhibeatur que eisdem presentibus adhiberetur si forent exhibite vel ostense.

1626. Rome apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris Die XXX julii Pontificatus
nostri anno tertio

V. Theatin

Concuerda este traslado con el breue original de su santidad que queda en la secretaria del Cabo
viel de tierra hize sacar yo Juan ortiz de zarate secretario del Rey nuestro S.
maior en ella en madrid a 8 de marzo de 1627 años

Juan ortiz de carate

Feria V. die 13. Martij Anno a Nativit. Dni nri Iesu Xi 1625. in Generali Congreg.ne S. R. et Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Vaticano coram SS.mo D. N. D. Vrbano divina providentia Papa VIII. ac Illustriss. ac Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus adversus haereticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus a S.ta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SS.mus D. N. sollicite animadvertens abusus qui irrepserunt et quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis aut martyrii fama vel opinione defunctis, qui etsi neq. canonizationis neq. beatificationis honore insigniti sint, ab Apostolica Sede; eorum tamen imagines in Oratoriis atq. ecclesiis, aliisq. locis publicis ac etiam privatis cum laureolis aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula et revelationes, aliaq. beneficia a Deo per illorum intercess.em accepta in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, et ad eorum sepulchra tabellae, imagines et res aliae, ad beneficia accepta significanda, et lampades cera luminaria apponuntur, Volensq. inde huiusmodi abusibus pro debito officii Pastoralis occurrere, re etiam cum Ill.mis et Reverendiss. DD. Cardinalibus contra haereticam pravitatem in universa Rep. Christiana Generalibus Inquisitoribus communicata, et mature considerata ac discussa, declaravit, statuit et decrevit, ne quorumcumque hominum cum sanctitatis seu martyrii fama (quantacumque illa sit) defunctorum imagines, aliaq. praedicta, et quodcumq. aliud venerationem et cultum prae se ferens, etiam dicans in Oratoriis aut locis publicis seu privatis vel Ecclesiis tam saecularibus quam regularibus cuiuscumq. religionis, ordinis, instituti, aliisve Societatibus apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut beati declarentur, et si quae appositae sunt, amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

Ac pariter imprimi de caetero inhibuit libros eorundem hominum qui sanctitatis, sive martyrii fama vel opinione (ut praefertur) celebres e vita migraverint,

gesta, miracula vel revelationes seu quaecunq. beneficia tanquam eorum intercessioni

a Deo accepta, continentes sine recognitione atq. approbatione Ordinarii qui in iis r

cognoscendis Theologos, aliosq. pios ac doctos viros in consilium adhibeat, et ne dum

quis aut error aut aliquid novum ac inordinatum in re tam gravi committa

[illegible] ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusq. responsum

[illegible] pectet, revelationes vero ac miracula, aliaq. beneficia supradicta quae

libris hominum vitam et gesta continentibus [illegible] sine recognitione atq. a

bationis huiusmodi impressa sunt, nullo modo approbata vult, mandatq. sua Sancti

Ad eorum hominum sepulchra vetuit etiam ac interdixit tabell

imagines e cera aut argento seu ex alia quacunq. materia tam pictas quam

aut sculptas appendi aut affigi, et lampades sive alia quaecumq. lumina accend

recognita ab ordinario omnino prout s.a facienda, sediq. Apostolicae referenda

ordinanda. Declarans quod per supra-scripta praejudicare in aliquo non vult, neq

[illegible] iis qui aut per communem Ecclesiae consensum vel immemorabilem temporis

aut per Patrum, virorumq. sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac

tolerantia Sedis Apostolicae vel ordinarii coluntur.

Ut autem praemissa diligentius observentur, universis aut singulis tam or

quam [illegible] pravitatis Inquisitoribus districte praecipit, ut in sua quisq. dioecesi, ve

vintia sedulo pervigilent ne sine approbationibus praedictis imagines cum memora

exponantur, aut miracula, revelationes ac beneficia praedicta publicentur, aliaq.

tra superius disposita fiant, transgressores vero si regulares fuerint, privationis

officiorum ac voci activae et passivae, necnon et suspensionis a divinis; si vero cle

culares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis a divinis et ab admi

sacramentorum, executionesq. suorum ordinum respective, aliisq. arbitrio praedi

dinariorum seu Inquisitorum pro modo culpae infligendis poenis plectantur. qui au

bros impresserint, aut imagines pinxerint, sculpserint seu quoquomodo effinxerint

formaverint, caeteriq. artifices circa praemissa qualiter cum delinquentes

omnia amittant, et insuper pecuniariis, aliisq. etiam corporalibus poenis

Criminis gravitatem eorumdem Ordinariorum seu Inquisitorum arbitrio aff

Contrariis quibuscumq. non obstantibus.

Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit Ut decretum huiusmodi seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ affixum omnes perinde arctet atq. afficiat, ac si unicuiq. personaliter intimatum fuisset, quodq. præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignit.e ecclesiastica constitutæ communitis eadem prorsus fidei adhibeatur quæ præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Io. Antonius Thomasius S. R. et universalis Inquisitionis Notarius.

Anno 1625. Indictione 8. Pontificatus Sanct.mi D. N. Urbani divina Providentia Papæ octaui, anno eius secundo, die verò quarta mensis Aprilis supra-dictum decretum affixum et publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, et in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum, Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Octauius Spada Mag. Curs.

Romæ ex Typographia Reuer. Cameræ Apos.

Anno M.DC.XXV.